





PRO SANCTISSIMO  
LIBRO CHR I STIANÆ  
CONCORDIÆ  
DISPV TATIO SEXTA

De Bonis operibus.  
QVATVOR CAPITVM.

1. Status controuersiae.
2. Vera sententia de bonis operibus.
3. Quatenus bona opera fidelibus sint necessaria.
4. Quod bona opera ad salutem non sint necessaria, neq;  
tamen pernicioſa.

Quæ ſub præſidio.

SALOMONIS GESNERI S. THEOLO-  
giæ Doctoris & Professoris in Academia  
VVitebergensi ſuorū defendet die,  
27 Octobris Anno 1593.

M. JOHANNES HAGEDORN  
Lubecensis.



WITEBERGÆ,  
Typis M. Georgij Mullerj,  
Anno M. D. XCIII.

PRO SANCTISSIMO  
LIBRO CHRISTIANE

CONCORDIA  
DIPLOMATICO TEXTU

De Bonis obsequiis  
GAVIATOR CIVITATI

Salomonie Gesneri THEOLOGI  
Sic ergo ex Prologis in Academia  
Vicereceptori amicis foliavit die  
29 Octobris Anno 1583  
Johannes KEGDORFF  
Falsus



WILHELMUS  
JANUS GEMMELLUS  
anno MDLXXIIII

# CAPVT PRIMVM.

Constitutio controuersiae,

Thesis I.

**S**X articulo de iustificatione hominis coram Deo controuersia de bonis operibus emersit, de qua nunc differemus. Itaq; primum statum controuersiae inuestigabimus: deinde Veram sententiam de bonis operibus explicabimus, tertio quatenus necessaria sint indicabimus, quarto quomodo a iustificationis negotio distinguenda & ad iustificationem non necessaria sint significabimus, quinto quid negligentiae bonorum operum opponi debeat ostendemus, & deniq; quid de illa questione sentiendum sit, qua nonnulli bona opera saluti perniciosa esse docuerunt aperiemus.

I I.

Origo itaq; controuersiae inde extitit, quod in der Augustana confessionis professores aliqui de bonis operibus istas propositiones defendendas sumserunt:

Bona opera sunt necessaria ad salutem.

Impossibile est sine bonis operibus saluari.

Nemo unquam sine bonis operibus est saluatus.

I I I.

Argumentum huius assertionis tale protulerunt. Fides non est sine charitate & bonis operibus, nisi sit mortua fides, qua fructu caret. Fide autem iustificamur. Ergo non sine charitate & bonis operibus iustificamur.

I V.

Alij contra statuerunt in propositionibus illis, quae modo sunt positae, distinguendum esse. Bona quidem opera esse necessaria, & fidem saluificam & veram absq; fructu bonorum operum non esse: Sed tamen bona opera ad salutem non esse necessaria. Cum aliae possint causae recenseri, ob quas bona opera a fidelibus requirantur.

A 2

Itaq;

MVMIRI TYPIC

Itag<sup>r</sup> concluserunt sententias illas in ecclesia nullo modo ferendas esse, idz ob istas quinq<sup>u</sup>potissimum causas. Primum quia doctrina vera de iustificatione nuper tradita non sint conformes: deinde quia pontificiorum eadem sententia est: tertio quia si bona opera ad salutem sint necessaria, exclusiæ in nem suam vim amittent, & consistere nostra non poterit assertio, qua dicimus, nos sola fide coram Deo iustificari: quarto quia operū προδίκη dignitas meritorum Christi evanescatur: deniq<sup>u</sup> quia certitudo fidei nostra, qua in sola Dei misericordia acquiescimus, incerta redditur, quando virtutum nostrarum auxilia quærimus.

VI.

Ad argumentum ita responderunt, ut nuper illud dissolutum est: plus enim infertur in conclusione quam erat in premissis. Nam licet ad fidem opus sit bonis operibus, non tamen inde sequitur, quod ad salutem, quam fidei apprehendimus, opera requirantur. Quatenus enim fides absolute & in se consideratur non potest ea fructu carere, quando vero fides spectatur ut iustificat, iam bona opera huc usq<sup>ue</sup> non pertingunt.

VII.

Dum isti aduersus priores ita pugnarunt, & remoto salutis respectu, bona opera tanquam fructus veræ fidei necessaria asseruerunt, alijs se se istis opposuerunt, quorum aliquibus placuit longissime recedere: aliquibus proprius abesse. Nam illorum aliqui statuerunt bona opera non modo non esse necessaria, sed etiam Christianis fidelibus perniciosa: aliqui, ut medio se continerent, loco affirmarunt, bona opera neq<sup>ue</sup> necessaria neq<sup>ue</sup> etiam perniciosa esse, sed libera & spontanea, & rationem addiderunt: quia bona opera spiritu spontaneo fieri et ex alaci voluntate proficiuntur.

VIII.

Posterior haec controversia inde orta est, quod illi qui bona opera necessaria esse dixerunt, necessitatem ordinis & mandatis diuini, cui creaturā rationalem obtemperare necesse est, intellexerent.

viii

runt, hi, qui libera esse voluerunt, eandem de coactione & necessitate violenta acceperunt: atq; ita principio disputatio fuit solummodo πρὸς τὸν θεόν.

## IX.

Sed postea aliqui eo usq; etiam progressi sunt, ut bona opera fidelibus, nonamq; obædientiam renatis, iuxta ordinem diuinus sanctum, necessaria esse negarent: quæ disceptatio iam fuit πρὸς τὸν πρᾶγμα. Utroq; enim de necessitate parendi diuinae legi disceptatum est.

## X.

Ex his apparet totam de bonis operibus disputationem duabus questionibus contineri, quarum una est, utrum bona opera ad salutem sint necessaria, altera, an bona opera sint necessaria, vel libera, vel perniciose. Itaq; ad has questiones omnia referemus.

Caput secundum, Vera sententia de bonis operibus.

## Thesis I.

Vt autem ea, quæ in disceptationem veniunt, ab illis, quæ plana sunt, separentur & obscurorum eo facilior sit explicatio, primum sana doctrina de bonis operibus in Ecclesijs nostris usitata, que controversiam nullam habet, explicanda venit, quæ sex questionibus comprehendi potest.

## II.

Primum questio an sic plana et in nostris ecclesijs extracontroversiam est hactenus, quod Dei voluntas & seuerum mandatum ab omnibus Christi fidelibus flagitet nonam obædientiam & vitæ continentiam.

## III.

Deinde explosa pontificiorum θεολογίαι de questione quid sit similiter nullum inter nostrates certamen est, quod bona opera non sint τὰ φανῶμενα τὰ δοκῆντα, quæ cuicq; videntur, cū ne ciuiliter quidem virtus sit ἐν τῷ σοκάκῳ: sed quod illa in bonis numeranda quæ Dei Verbo mandata sunt. Non enim bona

intentio bonum facit opus, sed precepti diuini obseruantia tum intentionem tum opus commendat, quicquid ultracitrogz est, Deum offendit. Es: 29. 13. Matth. 15. 9. Col. 2. 23.

1. V.

Tertio de autore & subiecto in quo inueniuntur bona opera nulla quoqz inter nostreates hactenus extitit concertatio. Certum enim est quod illa non ex naturalibus causis & viribus oriantur sed quod in conuersis & per lauacrum regenerationis renouatis hominibus existant. Cum enim persona perfidem in Christum est Deo reconciliata & per spiritum sanctum illuminata & in Christo Iesu ad bona opera denuò creata, tum primum opera bona, qualia Deus postulas, edere potest instinctu & auxilio spiritus sancti, non naturali facultate. Tit. 3. 5. 6. 7. 3. Rom. 6. Gal. 5.

V.

Vnde quarto etiam liquet, quid sit, gratia cuius nostra Virtutes Deo sunt acceptae: Quod enim nos ipsos Deo charos & dilectos facit filios id ipsum opera nostra eidem commendat. Nam Verò meritum saluatoris nostri Iesu Christi fide apprehensum & in iudicio Dei nobis gratis ex mera misericordia imputatum nos ipsos Deo reconciliat. Ergo idem meritum causa est, ob quam nostra quoque opera Deo placent, quantumuis impura & imperfecta. Atqz ita non minus hic quam illic Dei λογισμός & imputatio id ipsum est quod ex impuris & imperfectis nostris operibus bona facit in conspectu Dei, minime propria dignitas. Rom. 3. & 4.

VI.

Quinto quid de antithesi sentiendum sit ex eodem quoqz perspicuum est. Nam ut bonos fructus non nisi bona & generosa arbor profert, ita vitiosa arbor non alias quam inutiles aut malos fructus parere potest. Ex quo efficitur, quod ethnicorum praeclaræ virtutes & res optimè gestæ suam quidem coram mundo laudem mereantur, et quod Deus etiam illo uniuersali amore,

quo

quo omnes creaturas prosequuntur, præ alijs complectatur eos, quæ vel temperantia, vel iusticia vel alijs virtutibus studuerunt, eosdem temporalibus præmij afficerit, & in eterna, à qua ipsi propter incredulitatem minime excipiuntur, damnatione supplicio tolerabiliore vindicaturus sit.

## VII.

Quod autem interim illæ incredulorum virtutes quantumvis magna & præclaræ secundum singularem illam ~~ΧΕΩΤΗΤΑ~~, qua solos electos in Christo complectitur, tum ipsum uniuersa ipsorum studia Deo displiceant & instar peccati reputentur.

## VIII.

Cuius rei duæ sunt causæ: Vna quod heroica illa facta peccato originali & ignorantia veri Dei, in cuius honorem præstanda erant, & somite libidinum fædissimè sunt contaminata. Unde sit ut ad verum veri Dei cultum excellentia illa ingenia non assurrexerint, cui reliqua deseruire debebant omnia: sed uel nominis sui immortalitatem uel patriæ & amicorum emolumen-  
tum solummodo spectauerint.

## IX.

Altera est quod fide carent, qua sola in oculis Dei origina-  
le uitium contegitur. Quicquid autem non fit ex fide peccatum  
est Rom: 14 Et sine fide impossibile est Deo placere Ebr: 11.

## X:

Causa deniq; efficiens propinquæ bonorum operum fides est, unde & fructus fidei & fructus Spiritus sancti à D. Paulo appellantur: Fides enim, inquit D. Lutherus, est quiddam viuum, efficax, potens: ita ut fieri non possit, quin semper bona operetur: Negat fides quarit demum, an bona opera sint facienda, sed priusquam de eare inquiratur, iam multa bona opera effecit, & semper in agendo est occupata. Qui vero nihil boni aut etiam subinde multum mali operatur, ille vera fide haudquaquam præditus est.

De

XI.

De his itaq; cum in nostris Ecclesijs hucusq; pulcherrimus fuerit consensus prolixius hoc loco differere non necesse est. Illa, quæ dubia sunt, paucis expediemus.

Caput tertium: Quatenus bona opera sint necessaria.

Thesis I.

Quatenus igitur bona opera fidelibus necessaria sint principio significandum est, eaq; res ita habet.

II.

Cum de necessitate bonorum operum queritur, seperanda est illa χερις & relatio salutis sine conscientiae, sine conseruandæ & persiciendæ, qua necessitas operum ad aeternam salutem referatur et requiritur: ea dempta negare non possumus in Augustana confessione & Apologia eiusmodi sententias saepe usurpari: Bona opera sunt necessaria, item bona opera facere necesse est, item Deo necessario praestanda est obedientia.

III.

Quare nos etiam eas propositiones libenter retinemus, & statuimus homini Christiano & fideli necessitatem incumbere, ut fructus fidei Deo placentes edat, opera dilectionis Dei & Charitatis erga proximum strenue & alacriter faciat.

IV.

Eiusq; necessitatis causas quatuor sacra nobis suppeditant literæ. Primum quia diuinitus sunt mandata: deinde quia fides absq; fructibus esse nequit: tertio quia redarguendi sunt hypocrite, qui gloriantur de fide cum inani solummodo persuasione sint tumidi & inflati: deniq; quia illis etiam occurrentum, qui censem posse fidem consistere etiam in corde sceleribus contaminato, & spiritum S. flagitijs non expelli, quod Calviniani audacter asseruerant. V

Ne uero cauillationibus locus detur, admonitio de genuina necessitatis significatione necessaria est. Alia enim externa

&

¶ Graia violenta est necessitas, quando quis vi externa, cui resistere nequit, prater suam voluntatem rapitur, ut cum ventus aliquem in praecips agit, aut lictores in carcerem abripiunt. Etiammodi necessitatem Riasim. p. minime hic intelligimus.

## V I.

Loquimur autem de necessitate ἡγεμονίαι et προσαντλίαι καὶ οὐ-  
γευτικῆς quae in isto ordine et relatione consistit. Quia Deus man-  
davit, ideo oportet nos Deo mandanti optemperare. Itē quia fons  
¶ mater virtutum omnium fides in corde hominis regenerat  
est, idcirco non possunt non inde riuii bonorum operum proma-  
nare.

## V II.

Distat hæc necessitas ab illa coactione et impulsione dupli-  
citer: impulsio enim à vi et robore externo oritur, necessitas à  
fide est: illic est reluctatio, hic assensio

## V III.

Nam Deus negat occultanegat manifesta vi nos ad obedientiam adigit: verbo autem et spiritu sancto allicit ac trahit. Cu-  
ius rei causa est quod Deus à creatura rationali spontaneum et  
voluntarium cultum, non uiolentia extorsum flagitat. Ps. 51.14.  
21. Ps. 54. 8. Ps. 119. 3. Rom. 6. 12. Et 8. 15. Et 12. 8. 2. Cor: 9. 7.  
Ex: 35. 21. Et 36. 21. Ecclesi 35. 10. 11. 1. Petri 5. 2. ad philem. 14.

## IX.

Cum dicitur, opera nostra debere εὐσταχη et spontanea esse,  
non debemus id ita accipere, quasi homines renati adeo proni in  
virtutem ferantur, ut non aliquando uel ringantur, uel langues-  
cere incipient, aut stimulis improbae carnis retrorsum agantur et  
à preclaro pietatis cursu, quæ auxiliante Dei spiritu ingressi sunt,  
aliquando deiciantur. Obstet diabolus, obstet mundus, obstet  
denique caro, quibus cum pia menti perpetuum certamen armis  
spiritualibus decertandum est: Rom 7. Eph. 6. Quapropter istud  
εὐευπόδισον non est, sed multis modis εμποδισον. Cor:  
9. Gal: 5. Rom. 8.

## X.

Perniciosus deniq<sup>z</sup> eorum error est, qui libertatem Christia-  
nam in licentiam conuertunt & censem, penes nos esse bene vel  
male agere, & spiritum quoq<sup>z</sup> sanctum iuxta estimare, siue frugi-  
quis, siue à pietate degeneret, illus gratiam nullis excuti &  
hominum animis euolui facinoribus, qui semel illum sint adepti.  
Verum nos a Deo edocti scimus, quod germanis Dei filijs, spiritu  
sancto renatis nil liberum esse possit, nisi idem per diuini verbi  
regulam liceat, & spiritum sanctum, ut D: Basilius de angelis  
asseruit flagitijs non minus eyci, quam apes sumo & columbae fæ-  
tore sedibus suis pelluntur. Parendi itaq<sup>z</sup> hic libertas est, non autē  
reluctandi aut aspernandi licentia : libertas deniq<sup>z</sup> evvolumos, non  
āvolumos.

Caput quartum : Bona opera ad salutem non esse necessaria.

Thesis I.

Quatenus bona opera sint necessaria indicatum est, nunc  
explicandum, quatenus non sint necessaria, ubi illud apparebit,  
quo pacto bona opera à iustificationis negotio distincta sint. Quan-  
do additur illa περὶ δικαιησίας et χεριῶν seu terming ὡς σκοπὸς quod bona  
opera necessaria sint ad salutem vel acquirendam vel conseruan-  
dam id ultralimes sanorum verborum & veritatis est.

## II.

Proinde istas sententias auersamur & reīcimus : Bona o-  
pera fidelibus sunt necessaria ad salutem. Impossibile est sine o-  
peribus saluari.

## III.

Causae, propter quas talibus opinionibus in ecclesia abstinen-  
dum, sunt istae. Primo quia doctrinam operum cum negotio iusti-  
ficationis commiscunt, quae accurate distinguenda esse nuper di-  
dicimus.

## IV.

Deinde siquidem D. Paulus χωρεῖσμος particulis omnia o-  
perum merita à iustificatione despescit, obscuratur prefecto vīs  
illarum

60

illarum vocum operum mentione. Tertio si necessitas operum im-  
spe salutis defixa sit, ita ut saluari nemo possit, nisi virtutibus e-  
mineat, quomodo non pauidæ conscientia grauissime concutientur  
quoties in se se descendenter & inherentem malitiam animad-  
uertent.

V.

Præterea si in elata incident ingenia, quæ alioquin se se  
admirantur, spiritus augebunt, & id tandem efficient, & ne-  
glecto Christi merito sua homines opera iactent.

VI.

Ad hanc cum pontificij in asserendis operum meritis toti sint,  
quid est, quod tam latam illis fenestram aperimus qua operum  
fiduciam in salutis arcem inferant denuo, & turpem hanc meri-  
torum nostrorum laciniam tunica Christi vix à sordibus istis  
vindicare uicissim assuant.

VII.

Quid quod formam sanorum verborum euertunt, cune  
scriptum sit: Rom: 4. Beatitudinem tantum esse hominis in  
λογισμῷ cui nimiriū Deus imputat iustitiam. SINE OPERIBVS,  
Rom. 3.28. Ac si per legem iustificamur, Christus frustra mortuus  
est Gal: 2.21. Aboliti estis a Christo, quicunq; in lege iustiti-  
am queritis, GRATIA excidistis. Gal: 5.4.

VIII.

Has ob causas in Augustana confessione art: 6. scriptum le-  
gimus: saluari nos sine operibus, sola fide: Et D. Lutherus easdē  
has propositiones reiecit & damnauit in pseuda postolis, qui Ga-  
latarum ecclesiam eiusmodi operum assumentis perturbauerant:  
in pontificijs, qui opera ad salutem requirunt: Anabaptistis, qui  
primas quidem fidei tribuere videntur, ita tamen ut opera ad  
salutem sint necessaria: deniq; in suis quibusdem hominibus,  
qui bona opera ad salutem requirebant, fidendum tamen operi-  
bus negabant: Comm: in Gen. cap. 22.

XI.

Si opere salutem non conficiunt, queritur anno illam con-

B 2

8428

seruent, uel an non ad retinendam fidem, iusticiam, & salutem  
sint necessaria? Quæ quæstio idcirco diligenter exutienda, quia  
frustra factum est fidei initium nisi constanter perseueremus  
usq; ad finem: Hebr. 3. 14. Apoc. 2. 7. 10. II.

X.

Atq; hic quidem ex una parte illi redarguendi veniunt,  
qui in defectu grauissimè peccant, dum à salute adeo arcent vitæ  
puritatem, ut statuant, posse fidem eiusq; autorem spiritum san-  
ctum habitare in homine omnibus sceleribus contaminato: cum  
tamen sapientia cœlestis in anima nequam non habitet. Sap: I.

XI.

Afferunt id quoq; Caluiniani, qui ex absoluto illo aeternæ pra-  
destinationis decreto salutē ita dependere arbitrantur, ut nullis  
amitti possit, luet imparissimis, moribus. Nam semel in librum  
vitæ inscripti & quidem, ut illis placet, à priore, non, ut nobis,  
à posteriore vita librum estimando, expungi planè nequeunt, &  
quamvis in scelera contra conscientiam sese prouolnant, retinent  
nihilominus spiritum sanctum.

XII.

Quam Epicuream, pestilentem & planè diabolicam sen-  
tentiam simili longè turpissimo declarant: sicut enim ebrius, in-  
giunt, usum quidem rationis, non rationem ipsam amittit, ita  
qui in flagitia sese ingurgitant fideles, motus quidem illos egre-  
gios sancti spiritus non sentiunt, ipsum tamen interim spiritum  
sanctum non exutiunt. Quasi vero spiritus sanctus in substan-  
tiā nostrā cessisset uel cum anime substantia ita coaluisset ut  
in fidelibus sit ὑποστάτως et ἐνώσεται σιας ac non potius παρα-  
τίκως ή ἐκώσεται κατός.

XIII.

Cui quidem furori opponi debent exempla sanctorum Davi-  
dis, Petri, qui sane peccatis suis enormibus spiritum sanctum &  
contristavunt & eiecerunt, impiorum quoq;, qualia sunt Saulis,  
Iude, Simonis magi & similium. Deinde comminationes &  
penæ diuinæ idipsum firmissime comproban; Nolite errare  
neg

neg, fornicarij, neque adulteri, neg, auari etc regnum Dei posside  
bunt 1. Cor: 6. 9. Similia Gal. 3. 21. Rom. 8. 13. Eph. 5. 5. Col: 3.  
5. Nonne vero amissa fide, & bona conscientia excussa, circa fi-  
dem naufrugium fecerunt Satanæ, sunt traditi Hymenæus &  
Alexander? 1. Tim. 1. 19. Num vero, qui coinqinant scortati-  
onibus, adulterijs sua corpora, templo spiritus sancti non vastant  
& destruunt? & nonne illos destruit Deus? 1 Cor. 3. 15. & 1.  
Cor. 6. 19. Quod si templum vastatum & destructum, ubi habi-  
tatio spiritui sancto in istis fædissimis ruderibus reliqua? Num  
vero idem ille Deus, qui eiusmodi templi sui vastatores destru-  
it, eadem conseruare potest, & ita quidem conseruare, ut sua  
sint templo & ut benignè eos inhabitet? possuntne in eadem e-  
iusdem animula angustijsima sede Christus & Belial, Michael  
& Draco, Spiritus Dei sanctus & diabolorum caterua morari?  
potest ne idem & Dei scellum & diaboli cloaca esse?

## XIV.

Cum igitur certum sit, spiritum sanctum ejici posse, inde co-  
hortationes longè grauissime possunt extiri: qualis illa est 2. Petri.  
1. 5. 6. 7. 8. 9. 10. &c. quam pulcerrime interpretatur Apolog:  
Aug: Confess: capite 20.

## XV.

Hac & similia ex una parte Epicurao contemptui probitatis  
opponentur, & bona opera à fidelibus, tanquam fructus & ne-  
cessaria signa atq; technicæ praesentis fidei postulabuntur. Ex al-  
tera vero parte illis etiam occurrentum erit, qui in excessu de-  
linquunt, & quamvis concedant, nos fide cum Deo reconciliari,  
& initium nostræ salutis SOLA FIDE contineri, tamen con-  
seruari & perfici fidem bonis operibus sentiunt.

## XVI.

Huic opinioni obstat, quod sacra scriptura quoties de salute  
& iustificatione nostra disserit, eius originem, progressum &  
finem in solo Deo constituit: idq; eam ob causam, ut firma & cer-  
ta sit aeterna salutis expectatio, & ut fides nostra sit non vana  
opinio

opinio sed firmissima ὑπόσασις. Huc pertinent sequentia loca. I.  
I. 8. 1. T heb : 3. 15. & 5. v. 23. Phil. 1. 6. Rom. 11. 29. Et Christus est  
ἀρχηγὸς ἡγετοῦ τελεωτῆς, qui efficit & perficit fidē nostrā Ebr. 12. 2.  
Hinc illa Pauli πληροφορία Rom. 8. 38. Persuasum habeo, quod neq;  
mors neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq;  
præsentia, neq; futura, neq; sublime neq; profundum, neq; ulla  
creatura alia possit nos separare a dilectione Dei, quæ est in Chri-  
sto Iesu. Si vero salutis certitudo in operum nostrorum necessita-  
te posita esset, profecto valde incerta foret, & cum pontificijs per-  
petuo dubitandum esset. Idcirco εὐελπίσις nostra salutis in Deo  
collocanda, cuius consilia sunt ἀμεταμέλητα, & qui πισός adeo, ut  
quod præmittit etiam præstare queat.

#### XVII.

Quod si itaq; progressus & consummatio nostræ salutis in so-  
lo Deo sita est, & non in nostris studijs & institutis, profecto  
hanc aliter quam sola fide nobis applicari poterit.

#### XVIII.

Quapropter Paulus non modo aditum ad gratiam, sed etiam  
constantiam progressum & perseverantiam in gratia, & glori-  
ationem de futura gloria, præsentibusq; arumnis fidei adscribit.  
Rom. 5. 2 sicut etiam in antithesi pulcherrimè hoc ipsum ostendit  
Rom. 11. Nam Χριστὸς & ἐκλογὴν δεδόκιμη Deus nos eligit ad vitam  
eternam, aliter se non habet, quam respectu fidei. Fide enim  
ethnici in librum vite inserti sunt & fide in arbore illa vita  
Christo stant. Contra ἀποτομία, ἐκκλασία amputatio, resecatio & re-  
probatio alia causa non nititur, quam τῇ ἀπίσιᾳ incredulitate.  
Nam Iudeos propter incredulitatem Deus, ut stolones, resecuit,  
& ut emortua membra, amputauit. Faceant itaq;, qui repro-  
bationis principium & fundamentum in absoluto & simplici Dei  
decreto collocant; quiaq; ἐκλογὴν factā sine respectu fidei afferunt.

#### XIX.

Eodem sensu Col : 1. Exhibebit vos sanctos & irreprehen-  
sibiles coram seipso; si tamen permanetis in Fide fundati & sta-  
biles

biles. Et petrus i. Petr. i. Custodimini in virtute Dei per fidem  
in salutem, atq; ita reportabitis finem fidei vestrae, salutem.

## XX.

Cum igitur fides sola sit illud medium & instrumentum,  
quo iustitia & salus non modo apprehenditur, verum etiam a  
Deo conseruatur, merito rei ciendum est synodi Tridentine de-  
cretum, quod bona nostra opera salutem conseruet; siue id ex  
parte siue ex toto fieri voluit. XXI.

Ac si qui nostrorum etiam ante motam hanc controuersiam  
eiusmodi loquendi formis usi sunt: constat nihilominus, illos ne-  
quaquam pontificiorum sententiam defendisse: & nunc postquam  
in controuersiam hac abierunt & papista ad suam impiam doctri-  
nam stabiliendam ijs uti cuperunt, abstinendum ab illis omnino  
& sana forma verborum retinenda est.

## XXII.

Opera proinde ad salutem nostram non habent se hymenios, quod  
illam antecedant, sed επομένως, quia consequuntur: neq; se habent  
ποικιλῶς quod illig causa sint efficiēs, vel φυλακτικῶς οὐεστι-  
κῶς, quod partā conseruet, sed σημαντικῶς, quia adepta salutis fru-  
ctus & infallibile signum sunt: non habent se deniq; ad salutem  
άπτιογικῶς, sed εκβατικῶς. Quemadmodum ad valetudinem in  
tegram color sincerus corporis affectus est, non quod valetudinis  
sit causa, sed quod inniolatam esse significat.

## XXIII.

Supereft illa questio, an bona opera ad salutem sint pernicioſa, que ita facilē expediri potest. Quando homines incipiunt spem  
suam in suis collocare virtutibus, ibi quantum fiduciae accedit o-  
peribus, tantum dignitatis decedit merito Christi: itaq; hac in-  
ani persuasione bona opera non modo inutilia sed etiam ad salu-  
tem pernicioſa sunt: Paulo id ipsam attestante, qui sua se opera  
non modo ita haberet testatur, quod sint ἀκύρωτα sceler inculcat,  
quod sint γνώμα Phil: 3. 7. 8.

Verum

XXIII.

Verum culpi non in operibus est, sed in tumido hominum  
ingenio. Quare per accidens sit, quod opera sunt noxia: Cum pro-  
fundissima humilitas summum sit omnium viriutum ornamen-  
tum. Ac nisi modestia adsit, qua sibi nihil, omnia Deo adscri-  
bit, necesse est virtutes, quamlibet egregias, turpissime con-  
spurcari.

XXV.

Opera interim eo loco sunt habenda, quod fidem necessariò  
sequantur, cumq; fide coniuncta sint, quod severissimum Dei  
mandatum habeant, cui necesse est obedire, quod ad politicam  
societatem et ecclesiasticam disciplinam conseruandā pertinent.  
Quas etiam ob causas frequenter & grauiter ab hominibus ex-  
igenda sunt: neq; concedendum, ut simpliciter dicatur in nostris  
ecclesyis, bona opera fidelibus esse perniciosa. Fideles enim,  
quatenus tales sunt, nequaquam virtutibus confidunt, & quan-  
do suis niti incipiunt operibus, a fide desistant oportet. Gal: 5.

FINIS.



AB  
50A  $\frac{2}{h,12}$



Sbo

Rest.  
Sep. / Okt. 84 Schm.





## Farbkarte #13

		B.I.G.																			
		Black	3/Color	White	Magenta	Red	Yellow														
Inches	Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
8	20																				

6  
55  
V  
NCTISSIMO  
CHRISTIANÆ  
CORDIÆ  
ATIO SEXTA

onis operibus.

OR CAPITVM.

gæ.

bonis operibus.

pera fidelibus sint necessaria.

a ad salutem non sint necessaria, neq;  
pernicioſa.

æ sub præſidio.

GESNERI S. THEOLO.  
Professoris in Academia  
inſtituſe defendet die  
oris Anno 1593.

ES HAGEDORN  
Lubecensis.



TEBERGÆ,  
G. Georgij Mullerj,  
M. D. XCIII.